

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE
JVRE THALAMI,

von Rechte
des Ehe = Bettes,

Quam

EX DECRETO ET AVTHORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN ALMA SALANA

SVB PRÆSIDIO

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTIANI WILDVOGELII

CONSILIARII SAXO-ISENACENSIS INTIMI, CVRIÆ PROVINCIAL. ET
SCABIN. NEC NON FACVLT. JVRID. ASSESSORIS GRAVISSIMI,
VT ET ANTECESSORIS CELEBERRIMI,

*DOMINI PATRONI, PROMOTORIS AC HOSPITIS SVI ÆTATEM
DEVENERANDI*

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE JVRE HONORES AC PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI

HORIS LOCOQVE CONSVETIS SOLENNI ERVDITORVM DISQVISIONI SVBMITTIT
B. I. AVG. MDCC III.

JOHANNES BASILIVS Gupner,

PROFECTVR LEICHTENB. ATQVE ORLAM. PRÆPOS. COMMISSAR.

JENAE, STANNO MVLLERIANO. 1733.

Diss. jur. civ.

113, 22

48.

DISPUTATIO IN VAGYVALLI IURIS

JURE THEALAM

Summa

Summa

Summa

IN DECORIO ET AVTHORITATE HUIUSMODI ORDINIS

IN VAGYVALLI

Summa

Summa

DR. CHRISTIAN WILLY GÖTTLICH

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

Summa

PRÆFATIO.



Ur pro specimine in augurali placuerit Thalami investigatio? si rationem a me, Benevole Lector, exigas: non una, quæ me impulerit eo, poterit adduci causa. Præterquam enim quod materiæ ac thematis dignitas ipsa ex omni-


bus Rhetoricæ artis locis sese ultro commendaret: dum *bonestatem* thalami præ vagis libidinibus omnia inculcant jura, Divina pariter, (quod sextum præcipue Decalogi innuit præceptum,) ac Humana; atque inter hæc Canonicum æque ac Romanum, nec minus Saxonicum cum cæteris statutariis, præsertim Ecclesiasticis. *Necessitatem* thori conjugalis urget ipsum genus humanum, quod absque isto nec unquam, disponente sic Lege Creationis, extitisset, brevique tempore desitutum foret. Cumque adeo ille Reipublicæ juxta & Ecclesiæ seminarium non immerito censeatur, *Utilitas* ejusdem nullo negotio exinde satis elucescit; ut ne nunc aliquid moneam de salutari Medicorum consilio, qui sanitatis tuendæ gratia moderatam haud dissuadent Venerem; quæ cum extra conjugium vix honesta sit, adeoque pro vere utili haberi ne utiquam possit, melius utique non suppetit remedium, quam legitimum viri ac mulieris cubile; cui accinit Apostolus, quando nubere, quam uri, melius esse, prædicat. *Incunditatem* denique fortunati lecti

genia.

genialis quis effari poterit ex asse, si quando cœlestis fati
 benignitas ita arrideat, ut inter suavissimos amœnioris
 conjugis, amplexus tuto requiescere liceat? Præter hæc
 inquam, alia fuit, eaque specialis, causa, quæ ad hujus
 thematis meditationem mihi porrexit ansam. Nimi-
 rum erat haut ita pridem præfractæ frontis fœmina, quæ
 officium meum, ut in ista causa incompetens; instan-
 ter sollicitabat, ut ipsam a marito separem; cujus cum
 petendi divortii rationem exquirerem, hæc justa eidem
 videbatur: quia maritus secreta thalami propalasset, **Er
 hatte aus dem Ehe-Bette geschwæget.** Hæc fuit occa-
 sio investigandi jura thalami, quæ studium meum tanto
 magis excitabat, quod benignum numen jam aliquot
 abhinc annis exoptato me beaverit thalamo. Tua inte-
 rim, Benevole Lector, humanitas æqui bonique inter-
 pretabitur conatus nostros, neque excusationem dene-
 gabit praxi hætenus potissimum dedito, si Minerva
 mea thalamum hunc non pro materiæ dignitate aut
 delictiore affectu tuo erudite satis ornaverit.

Vale & fave!

CAPVT



CAPVT PRAELIMINARE.

DE

Thalami Definitione nominali & reali.

Th. I.



Nimadvertendum est ante omnia quid sit, de quo quaeritur. *l. 23. §. 3. ff. de reb. dub.* Ideoque licet potior rerum habenda sit ratio, *arg. l. 17. ff. de LL. l. 13. §. 2. ff. de Excus. l. 3. §. 9. de adim. & transfer. leg.* quia tamen nomina significandi gratia inventa sunt, *§. 29. Instit. de Legat. & rerum intelligentia a verborum intellectu dependet, Gell. lib. 13. N. A. c. 10. Gail. 1. Obs. 150. n. 6.* idcirco juxta monitum Ulpiani *in l. 1. pr. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. ff. de pact.* prius nominis in hoc capite praeliminari rationem habebimus, antequam ad pleniorum rei tractationem nos convertamus.

A

Th. II.

Th. II.

Nomen constituendum seu *Ethymologiam* THALAMI quod attinet, vox ista natales suos ex Græcia deducit, ubi ὁ θάλαμος significat cubiculum conjugale, Basil. Faber *thesaur. erud. schol. voc. thalamus*, seu cubiculum uxoris & mariti, juxta Scapulam *Lexic. Græc. vox θάλαμος*. Eamque Eustathius derivat a verbo θάλλω; i. e. *foveo, concalefacio*, ut faciat gallina ovis incubans, vid. Scapula *voc. θάλλω. it. Pasor. Lexic. Græco-Latin. de voc.* Quasi dicatur *das Nest, worinnen die Henne die Eier ausbrütet. Vel locus ubi maritus fovet amoris calore carnem suam*, juxta Paulum, *ad Ephes. V. vers. 29. ibi: ἴδεῖς γάρ ποτε τὴν ἑαυτῆς σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλλει αὐτήν.* Idem Eustathius alibi deducit a θάλλω, ut ἀρχαμος ab ἀρχός. Est autem θάλλω idem, quod ἔρνω vel θάλλω, i. e. *germen, propago, surculus*: perinde ac si diceres: *seminarium, ubi progerminat seu propagatur legitima soboles.* Sic & Serevelius, a θάλλω deducit.

Th. III.

Nominis ambiguitatem seu *homonymiam* apud Fabrum, *Scabulam*, aliosque variam agnoscimus. Sic enim *Thalamus* non solum cubiculum conjugale, sed etiam *conjugium* ipsum significat, quo pertinere videtur illud Virgiliti 4. *Æneid. v. 550.*

*Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more fera, &c.*

Quin & generatim pro loco, in quo commorantur Eumenides, voce thalami utitur Id. 6. *Æneid. v. 280. ibi:*

Ferreique Eumenidum thalami.

Neque

Neque enim nupserunt illæ. vid. Vossius *lib. 4. inst. orat.* p. 225. Porro pro ταμῆον accipit Eustath. *Od. β.* Synecdochice pro domo ipsa poni volunt. *II. γ.* de Helena, θάλαμον γυναικῶς τε λιπῆσα. It. pro nuptiis in *Epigr. lib. 2.* ἔχει δὲ ἀγαθὰς δύο ὥρας, τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ, *in thalamo*, i. e. primo nuptiarum die; & sic pro nuptiarum loco & die. vid. Schrevel. *Lex. Græc. d. voc. it.* Improperie de piscium stabulo dicitur apud Aristot. *l. 4. anim.* Accipitur etiam pro gynecæo; it. pro loco, in quo confectis nuptiis diversantur sponsus & sponsa; nec non pro lustro serpentis. Et in plurali θάλαμοι dicuntur *penates*. vid. *Lexic. Græco-Latin. Basil.* Nidus quoque & pars navis inferior id nominis habet. Schrevel. *d. l.* Præsertim vero in eo est æquivocatio, quod mox pro dormitorio, mox pro lecto accipiatur. Quo spectat jocus ille Ovveni *in epigram.*

*In thalamis Regina, tuis hac nocte cubarem,
Si foret hoc verum: Pauper ubique jacet.*

Denique Physica & paulo aliena ab instituto nostro significatio, dum cavitas oculi ossibus constans dicitur *Thalamus*. vid. Calvin. *Lexic. jur. Tb.*

§. IV.

Supereft, ut nominis constituti æquipollentiam & Thalami *Synonymiam* evolvamus. Sic enim alias apud Auctores classicos dicitur *Thorus*, vel, ut alii scribere malunt, *Torus*, vid. *c. 11. XXXII. q. 2. J. c. 4. XXXII. q. 4.* & cum additamento *Torus conjugalis*, aut *genialis*, ut ap. Virgil. *6. Æneid. v. 603. add. l. 30. C. ad L. Jul. de adult.* ibi: *maritum genialis tori vindicem esse oportet.* Vnde

confortōri idem est conjux, ap. Ovid. 1. *Metam.* v. 319.
Dicitur etiam *Lectus genialis*, ap. Horat. *epist.* 1. v. 87.
ibi :

- - - *Lectus genialis in aula est.*

h. e. Vxorem habet. Est enim lectus genialis, qui sternitur nuptiis in honorem Genii. vid. Ioh. Bond. in *Annot. ad d. vers.* Alii *genialem* a *generandis* liberis dictum putant, quasi generalis vel generabilis. vid. *Addit. ad Besold. thes. pr. lit. B. n. 49.* Huc etiam spectare videtur vox hybrida & corrupta *Thalac*: eam quippe pro Thalamo dici; colligimus ex Feltmanni *tr. de impar. matr. p. 1. c. 3. p. m. 208.* ubi docet, quod *matrimonium ad Thalac.* lingua Græcorum corrupta appelletur, cum *thalamos* dicere velint. German. dicimus *das Ehe-Bette*, unde de impotentibus pronunciamus: *daß sie in keinem vollständigen Ehe-Bette geseßen.* Struv. *Exerc. ff. 29. d. 21.* Vocatur etiam *das Braut-Bette*, quod tamen intelligendum est *ἀναφορικῶς* & in ampliacione, quod scil. illa, quæ fuit hactenus sponsa, initiationem matrimonii in thalamo consummare soleat. vid. Rennem, *Jpr. R. G. m. 1. D. 41. §. 55.* Nam sponsalia, etiam de præsentis, non transferunt *jus corporis*. Illustr. Baro de Lynck. *analect. ff. tit. de sponsal. tb. 10. § ad Dessel. L. 4. t. 8. qu. 2.* adeoque nec thalami consensio desponsatis convenit. Wie man denn, attendo communi usû loquendi, heißt einen Ehe-Mann und Ehe-Weib, wann sie das Braut-Bette beschriffen haben, zuvor nennt man sie Braut und Bräutigam, Schneidewin. *ad tit. de Nupt. Part. 1. nû. 4.* Forte non male allüderes, si vocem *Braut-Bette* juxta dialectum & idioma inferioris Germaniæ vel citerioris
Thurin.

Thuringiæ diceret **das Brut-Bette**; cum thalamus dicatur a *fovendo brüten*, a quo *foedus* die Brut. conf. *supr. tb. 2.* Denique notanda hic est Saxonum synecdochica lycutio, qua thalamus dicitur die **Decke**, quando requirunt consensionem thalami, daß die neuen Eheleute die **Decke** beschlagen, oder die **Decke** beschritten haben. vid. *Besold. th. pr. lit. B. n. 49.*

§ V

Definitio denique realis Tori hæc commoda esse videtur, quod sit lectus, in quo conjuges perpetuo concumbunt, non tantum somni, sed præcipue sobolis procreandæ causa mutuive adjutorii gratia. *Generis* locum occupat *Lectus*, in quo convenit cum cæteris ad requiem vel aliam usum comparatis cubilibus. Differentia desumitur tum *a subjecto* per verba: *in quo conjuges*, sic enim discernitur ab eo lecto, in quo non maritata, personæ, infantes in cunis seu cunabulis, iuvenes, vidui, &c. decumbunt; tum *a forma* in verbis *perpetuo concumbunt*, in quo differt a puerperio **VON Kind-Bette oder Wochen-Bette**, in quo quidem conjugax, sed non perpetuo, nec concumbit, sed sola cubat; tum & *a fine* secundario & primario, de quo inferius agendum erit **uberius.**

CAPVT I.

TRADIT

Causam efficientem Thalami.

Th. I.



Causa efficiens thalami duplex habetur, *remota & propinqua*: illa est iustum divinū, naturale pariter ac morale, ejusque conditor Deus; tum humanum & commune, caesareum aequae ac canonicum, & statutarium: quo spectat dispositio de lucrando thalamo post mortem alterutrius conjugis, de qua inferius.

Th. II.

Deum esse auctorem thalami, ex jure naturali pariter ac morali colligitur: quandoquidem is non tantum ob unitatem carnis, conjuges in eodem conjungi vult lecto, sed honestatem talem seligi jubet locum, ubi ob somni necessitatem nulla supersit scandali occasio. Sic enim maris atque foeminae conjunctionem, quam natura naturans seu Deus omnia animalia docuit, nos matrimonium appellamus, *pr. Inst. de J. N. G. & C. i. e.* apud nos exercetur non ferino & promiscuo more, sed honestiore & humano scandalisque experte modo; quia semper in conjunctionibus non solum, quid liceat, considerandum est, sed quid honestum sit. *l. 42. pr. ff. de R. N. l. 197. de R. J.*

R. 7. Idque non minus verbo divino revelato confirmatur, quando Deus creavit masculum & foeminam ac praedixit, quod homo deseret patrem & matrem & aglutinabitur uxori suae, & erunt duo in carnem unam, *Genes. 1. v. 27. Matth. 19. v. 4. Marc. 10. v. 6. seqq. add. 1. Corinth. 7. v. 3. seqq.* Consistit itaque juxta jus Divinum inter alia officium conjugum in cohabitatione & mutua corporum communicatione, quae cohabitatio complectitur sub se ordinarium usum ejusdem domus, mensae, & lecti. vid. Ames. *de conscient. lib. 5. c. 37. qu. 1. num. 3.*

Th. III.

Ius quoque humanum ad causam efficientem remotam pertinet, quatenus id de matrimonio ejusque accessariis disponit. Vnde ex jure Iustiniano inter alia & hoc, quod simul causam efficientem propinquam concernit, notandum venit, quod conjuges non possint constituere thalamum absque parentum, in quorum sunt potestate, consensu, *arg. pr. Inst. de Nupt.* Quemadmodum enim, si contra Iustiniani praecipua aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur; ita illi, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt; sed tales, quales sunt ii, quos mater vulgo concepit, §. 12. *Inst. de nupt.* Hinc nec thalamus sine parentum consensu isto jure intelligetur. Quod quidem de jure Canonico & moribus nostris secus est, quod parentum quidem consensus requiritur, non vero de *necessitate vinculi matrimonialis*, sed de *necessitate tantum vitandi peccati*; & cum liberi ex ejusmodi matrimonio procreati nihilominus sint legitimi

legitimi ab initio : ideo & thalamus justus absque parentum consensu constitui potest, vid. Illustr. Baro de Lyncker. *analect. ad pr. Inst. de nupt. & ad Dessel. 4. tit. 1. §. 11.* Jus præterea Canonicum plura de Toro disponit, quod vel sola evolutio *partis IIdæ Decreti causa XXVII. & seqq.* cuivis perlegenti demonstrat ; cuius quidem campumemetiri, excederet instituti nostri metas.

Th. IV.

Progredimur itaque ad causam efficientem proximam, eos scil. qui thalamum conficiunt, nempe conjuges. Et hac quidem voce tam uxor, quam maritus venit : illorum enim opinionem, qui vulgo tradunt, uxorem non habere thorum, sed hunc esse solius mariti, reprobat Carpzov. *2. quest. cr. 52. c. 85.* Vbi tamen non incommode quæritur, quinam ex his thalamum suis sumptibus comparare debeat ? Ante omnia quidem respiciendum est, quid pactis dotalibus hac de re cautum sit, cum pacta dent legem contractui, *l. 13. ff. de R. I.* & moribus non solum super dote, sed etiam aliis rebus pacta dotalia ineantur, Struv. *exercit. ff. 30. d. 19.* atque alias etiam provisio hominis tollat provisionem juris, *l. ult. C. de pact. convent.* vid. in simili Carpzov. *6. Resp. §. n. 15.* Cessante vero speciali conventionione, ex ratione juris civilis onus hoc marito incumbere, primo intuitu videbatur : quippe qui non solum propter dotem acceptam, *l. 7. pr. l. 1. de jur. dot. l. 20. C. eod.* sed oriam si dos non fuerit constituta, uxorem alere & alia onera matrimonii ferre tenetur. Struv. *Exercitat. ff. 30. d. 5.* Alimentorum autem appellatione seu victus nomine lectum

lectum quoque & stramenta venire, ex l. 234. §. 2. de V. S. constat. add. Alciat. & Goëdd. *ibid.* § ad l. 434. seq. de V. S. Quicquid tamen hujus sit, consuetudo ferme universalis in contrarium militare videtur, ita ut pater sponsæ, sicut ad dotem, ita & ad thalamum construendum & exhibendum cogi possit, & nomine *der Aussteuer*, quæ a dote quidem differt, vid. Carpzov, *s. Resp.* 116. num. 6. Wehner. *obs. pract. voc. Aussteuer.* Befold. *thes. pr. lit. A.* num. 117. comprehendatur; tantum quod alicubi hoc temperamentum observetur; ut sponsus quidem confici curet spondam, in qua sponsa extruere possit torum suum.

Th. V.

Quod de Conjugibus dixi, illos nimirum esse causam efficientem thalami, id non solum de veris, sed etiam de putativis, quorum vel uterque, vel alteruter saltem ex justo errore & probabili ignorantia putat; se in vero matrimonio vivere, intelligendum esse censeo, propter tex. in L. 57. §. 1. ff. de R. N. c. 2. § 14. X. qui fil. sint legit. vid. Sand. *lib. 2. decis. t. 1. d. 8.* Engel. *colleg. Jur. Can. lib. 4. t. 17. n. 4.* Exemplum memorabile in Bertranda Rossia, quæ ultra triennium cum insigni impostore Arnaldo Tillio simul habitaverat, ac conjugatorum more, mensa, convictu & lecto communi usa fuerat, ut ex ea consuetudine duo liberi prodierint, recenset loh. Corasius in *arresto Tholosano, ibique annot. 11. § 95.* refert, quod liberi illi justis ex rationibus pro legitimis fuerint declarati: ut sic ab effectu ad causam, thalamum nempe validæ argumentari liceat. conf. Gonzal. *ad c. 2. X. qui fil. sint legit. num. 7. seqq.* Nec obst. L. 3. C. solut. matrim.

B

præ-

praesupponimus enim terminos habiles, cum servus plane non habuerit jus connubiorum.

Th. VI.

Cæterum quid dicendum de sponso sponsæ: num & isti ad causam efficientem thalami referri poterunt? Videtur quod sic: quia non solum liberi ab ipsis ante benedictionem sacerdotalem concepti, & vel prima nuptiarum die nati, quos dicimus *Frühlinge*, nedum legitimati, sed legitime nati habentur, Hahn. *ad Wesenb. tit. de bis qui sui vel al. jur. num. 3.* Verum etiam si contractis sponsalibus sponsus ante interventum *ιερολογίας* cum sponsa concubat, & non secutis nuptiis decedat, inde natus pro legitimo habetur. Id. *d. l. Garpzov. p. 3. c. 14. d. 12.* ita ut etiam sponsalia *civiliter patrem* demonstrent Illustr. Baro de Lyncker. *comment. ff. L. I. t. 6. §. 5.* Verum enim vero hisce non obstantius verius esse puto, quod sponsus & sponsa, quamvis in lecto eodem sæpius concumbant, non tamen faciant thalamum, quatenus sunt sponsi: quia consensus sponsalitus nō infert jus corporis, *vid. supr. cap. prelim. tb. 4.* atque differentias inter consensum conjugalem & sponsalitium bene multas, agnoscit ipse Carpzov. *libr. 2. consist. def. 130.* Ideoque quod de legitimitate liberorum ejusmodi asseritur, illud *singulariter* receptum est in favorem innocentis partus, quod jus singulare in parentibus bona fide destitit & non est in consequentiam producendum, *l. 14. seq. ff. de LL.* Imo contrarium responsum Dicasterii Würtembergensis referi Besold. *tb. pr. voc. Bett, das Bett beschreiten.* Unde est, quoad haut permittatur desponsatis cohabitatio ante matrimonium per benedictionem sacerdotalem

lem

lem consummatum, & graviter peccent antea concumbentes, Carpzov. *d. i. def. 131.* nec impune ferant istum concubitum, non solum quoad poenam civilem, vid. Carpzov. *p. 2. qu. cr. 69. n. 46. seqq. § 3. de f. Eccl. 76. seq.* sed etiam quoad censuram ecclesiasticam, Id. *lib. 3. consist. def. 90. num. 2. conf. Illustr. Dn. Præl. dissertat. de Deprecat. publ. Eccl. cap. 4. tb. 9.* Quamvis itaque etiam in sponsa violari possit thorus, quatenus accipitur improprie pro fide conjugali: nec tamen revera & proprie thalamum seu lectum conjugalem habent personæ desponsatæ. vid. Carpzov. *2. qu. cr. 56. n. 5. § 20. Bachov. ad Tr. V. 2. D. 32. d. 2. lit. E. Conf. Neuenhahn. de jur. viduit. m. 1. sect. 6. lit. a. p. m. 27.* ubi effectum ingressionis thori conjugalis, adeoque & jus viduitatis ipsis denegat.

CAPVT II.

EXPONIT

Materiam thalami.

Th. I.



Post doctrinam causæ efficientis nunc etiã de *materia thalami* nonnihil considerandum erit. Distinguimus autem genialis tori materiam in *externam* & *internam*; atque per hanc intelligimus lectum cum *linteis*, die Feder-Betten, benebst denen Bett-Tüchern und Über-Zügen. Cumque superius *cap. 1. tbes.*

thes. 4. monitum sit, quod moribus nostris plerumque sponsæ pater vel alius, cui ejusdem elocatio incumbit, ad thalami, præsertim interni, subministrationem teneatur, daß er die Braut mit einem gebräuchlichen Ehren-Bette ausstatte; hinc non inepte hoc loco quaestio moveri poterit, de materiæ internæ qualitate seu æstimatione, & quantitate seu numero, v. g. in wie viel Unter- Betten, Pfühlen, Haupt-Küssen, &c. dasselbe, bestehen müsse; it. was vor Zeug zu denen Überzügen, Bett-Lüchern, &c. müsse genommen werden? Quoniam autem in legibus vix quicquam hac de re decisum reperitur, ante omnia ad pacta, si quæ desuper inita fuerunt, respiciendum erit; hisce deficientibus videndum, quid consuetudo loci, dignitas ac facultates sponsæ vel parentū, nec non sponsi qualitas secundum arbitrium boni viri requirat, *arg. l. 60. 61. pr. ff. de jur. dot. l. 69. §. 4. seq. eod. conf. Menoch. 2. A. J. G. cas. 249. Garrias de expens. §. melior. c. 8. n. 41.* Denn es würde nicht reputirlich stehen, wenn ein vornehmer und reicher Mann seiner Tochter einen blossen Stroh-Sack wolte zur Aussteuer geben.

Th. II.

Equidem de regula intelligendum est, quod de lectis & linteis ratione materiæ interne dictum est. Quemadmodum vero nulla est regula, quæ suam non patiatur exceptionem; ita non est ambigendum, quin & nostra hæc regula suas admittat limitationes. Quid enim si conjuges pauperes sint & adeo egeni, ut non suppetant sumtus ad comparandos lectos & lintea: tunc vero vel stramen nuptiis peragendis sufficere potest, ut
thala-

thalamus consistat auf einer guten Streit, & juxta Plin^{um} *libr. 18. cap. 3.* quies somnusque sit instrumentis; aut secundum Plaut. *in trutul. act. 2. scen. 2. v. 23.* sponsa maritali cum sponso ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, &c. Quid etiam si fuerint milites; qui olim sub pellibus vivebant, ut ex Livio & Cicerone notat Dionys. Gothofred. *ad L. 7. §. 1. ff. de suppellect. leg.* perinde tere, ut cum Limnæo *Jur. publicum lib. 6. c. 6. num. 69.* ex Tacito de priscis Germanis testantur Additionatur Befoldi *thes. pr.* & Speidelius *specul. jur. polit. sub voc. Bärnhäuter.* conf. Cluver. *de antiq. Germ. Lib. 1. cap. 16. pag. 147.* ubi inquit: dediti somno in pelle ursina, unde ignavit per contumeliam vocabantur Bärnhäuter, i. e. ursinarum pellium incubatores. Et sic hodiernum milites, præsertim gregarii, contenti sunt thalamo non admodum lauto.

Th. III.

Externa materia consistit in sponda, velis, scabellis; & similibus. Ubi quæritur: si statutum Conjugi adjudicet thalamum: quidnam sub illo intelligatur? Quin internam capiat materiam, nulla superest dubitandi ratio. An vero externa quoque comprehendatur, facilius dubitari poterat: quia hæc salva essentia & existentia thalami abesse potest. Quicquid tamen hujus sit, quia materia externa sustinet accesorii vicem, ideo eam nihilominus comprehendi, verius esse arbitror. Notissimi enim juris est, quod accessorium sequatur suum principale, *c. 43. de R. in 6. arg. §. 27. seqq. Inst. de R. D.* Conf. Garf. *de exp. c. 8. n. 41.*

Similis fere est quaestio: Silectus uxori fuerit legatus, cum quibus ornamentis debeatur? quæ quidem maxime ex conjecturis dependere videtur, unde eandem fusius resolvit *Mantica de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 11. num. 17.* Ex quo etiam plura, quæ ad præcedentem quaestionem spectant, colligere licet; quippe quod alias ab ultima voluntate ad legem, & statutum, vel consuetudinem validum ducatur argumentum; veluti cum *Baldo & Cyno* meminit Nicol. Everhardus *loc. legal. 47.*

CAPVT III.

SVBJICIT

Formam thalami.

Th. I.



Doctrinam materiae excipit tractatio *Formae* thalami; quæ itidem duplex est, vel *externa* vel *interna*; Et quidem externa facile cognoscere ex iis, quæ de materia externa sunt tradita. Nisi forte & hoc ad formam externam referre liceat, quod de vario solennitatum more circa inaugurandum quasi nuptiarum tempore thalamum sponsalium Scriptores referunt. Sic enim de rusticis nostris Altenburgensibus lepida refert M. Frid. Frisius in *Historischen Nachricht von denen merckwürdigen Ceremonien derer Altenburgischen Bauren Sect. 5.* ubi simul etiam aliarum
gen-

gentium mores tangui. Historiam rusticorum nostrorum Altenburgensium huc transcribere verbis Auctoris, non tædeat: Der Bräutigam begiebet sich erst zu Bette, hernach führet der Braut-Diener nebst etlichen Verwandten die Braut in die Schlaf-Kammer. Nachdem der Braut-Diener nebst etlichen Anverwandten und Gästen die Braut zu Bette geführt, ziehet er ihr in der Kammer den Stiefel oder Schuh aus, pfleget auch die Zöpfe auszupflechten, endlich wirfft er die Braut annoch angekleidet in das Braut-Bette. Die Braut-Mutter, oder welche solche Stelle vertritt, leget einen dünnen Kuch auf das Bette, welchen die Umstehenden mit den Händen zerschlagen, und sagen: So viel Stückgen, so viel Püppgen. = = = Endlich machen die Spiel-Leute nebst etlichen Gästen vor der Kammer-Thür eine Music, und wenn sie können hinein kommen, so tanzen sie um das Braut-Bette. Neque solum rusticis solemna thalami placent, sed & personæ illustres suas observant ceremonias, præsertim si absentes per procuratores seu legatos sibi copulari curant uxores, ubi plerumque sponsa sponso absenti rite copulata censetur, si procurator sponsæ in thalamum collocatæ tibiam denudatam opposuerit. Sic Carolus IX. Galliae Rex misit principem Arausion. Procuratorem Legatum cum Wolfgang. a Polheim insigni militum caterva stipatum, cui suo nomine Anna jungeretur, & ceu nova nupta haberetur. Collocata est ista in Thalamum; ingreditur Legatus ad ipsam cum literis procurationis & adstantibus viris foeminisque primariis, tibiam suam ad genu usque nudatam, inter lintea nuptialia inseruit: ut

ce-

ceremonia isthac consummationi matrimonii æquipol-
lere putaretur. Mylius *disp. de absent.* L. Müller. *dissert.*
de matrim. absent. c. 3. tb. 5. Rechenberg. *cas. nupt. illust.*
c. 4. tb. 8. Gemina fere de matrimonio invictissimi nostri
Leopoldi legimus in *Diar. Europeo contin.* 14. pag. 282.
conf. Rennem, *Jpr. R. G. m. 1. D. 41. §. 55. lit. c.*

Th. II.

Quod vero attinet internam Formam, quæ per
concubitus conjugum perpetuum absolvitur; eam hic
paulo sollicitius examinabimus. Dixi autem primo,
quod ea absolvatur per **CONCVBITVM**; per quem
quidem non intelligo præcise coitum conjugalem, seu
copulam carnalem, quo sensu alias dicimus *eine Weib's
Person beschlafen*. conf. Genes. *XXXIX. vers. 7. 12. it.*
qui dormierit. XXVII. quest. 2. Sed illud innuo, quod
conjuges regulariter in uno concubant lecto. Sic ete-
nim phrasis Saxonica, *die Decken beschlagen*, non est de
concubitu reali intelligenda: sed solum de solenni more,
daß man die Ehe-Leute beylegt. Besold. *thes. pract. voc.*
Bett. Neuenhan. *de jur. viduit. m. 2. f. 14. lit. T. p. m. 154.*
conf. Land-R. *lib. 3. art. 45.* ubi dicitur: *Das Weib ist*
ihres Mannes Genößin, aller der Ehren und Würdig-
keit, die der Mann hat, zu Hand, als sie in sein Bett
tritt. Quis enim neget, vere & proprie conjugum esse,
quæ peractis solennibus nuptiarum, thorum viri conscen-
dens, una cum eo dormivit, etiam si vel mutuo utriusque
consensu, vel casu quopiam inopinato superveniente, vel
magicis etiam artibus impedita, cognita ab eo non fue-
rit? vid. Moller. *lib. 3. semestr. 23.*

Th. III.

Th. III.

Quamvis autem dixerim, quod conjuges regulariter in uno concumbant lecto; nihil tamen impedit, quo minus quisque, pro commodiori sua & liberiori requie, in separato cubili dormire valeat. Hic vero quaeritur: quisnam ex his duobus dicentus sit thorus? quamvis enim in utroque decumbant conjuges, & sic utrumque thalamum discendum esse, videri posset: quia tamen in utroque simul non *concumbunt*, ideoque nec uterque lectus genialis dici poterit. Equidem in dubio pro illo pronunciandum esse censeo, in quo maritus decumbit: tum quia regulariter a digniori sumenda est appellatio, *arg. l. 10. f. de stat. hom.* tum quia praesumitur, uxorem ob reverentiam & obsequium, quod marito debetur, *ad Epbes. V. v. 22. l. 14. §. in f. sol. matr. l. un. §. 7. C. de R. U. A.* suo lecto relicto transire ad hunc, si quando soboli procreandae operam dare volunt; maxime cum & alias maritum, etiam mutantem domicilium, sequi teneatur. *vid. Richt. decis. 9. Struv. Exerc. ff. 29. tb. 56. Hillig. 13. D. E. c. 21. lit. m.* Quod si tamen constet, maritum verecundiae & pudori uxoris id indulgere voluisse ut eidem juxta *1. Petr. 3. v. 7.* velut infirmiori vasi muliebri imperterit honorem, & copula in uxoris lecto ut plurimum intervenerit: tunc non dubito, quin hic thalamus habeatur. Quod si vero alternatim coierint, pro utroque lecto ratio thori militare videtur.

Th. IV.

Porro dixi, requiri concubitum **PERPETVVM**, quod quidem ita intelligi velim, ut saltem quoad intentionem

C

tentio-

tionem sit perpetuus. Quemadmodum enim ipsum
 matrimonium continet individuam vitam consuetudinem,
 §. 1. *Inst. de patr. pot. ex voto scil. & intentione contra-*
hentium; adeo ut non magis temporalem conjugem,
 quam filium *l. 3. 4. ff. de adopt. habere conveniat. Lo-*
camer. not. ad d. pr. f. de P. P. num. 4. Ita nec magis
 convenit temporalem thalamum habere, quam dotem,
arg. l. 1. ff. de jur. dot. Ceterum nihil obstat, quo mi-
 nus in locum unius, v. c. detriti & obsoleti lecti possit
 alius substitui: quo casu surrogatum sapit naturam ejus,
 in cuius locum surrogatur, *arg. l. 54. l. 26. ff. de jur. dot.*
l. 21. in f. ff. de pact. dot. l. 22. in f. ff. sol. matr. & substi-
tutus lectus sit thalamus: modo itidem adsit animus
perpetuo inibi decumbendi. Quod si igitur in lecto
 quodam ad tempus solum conjuges decumbant, veluti
 in itinere aut si amicum invisunt: is minime pro thala-
 mo poterit haberi.

Th. V.

Denique requirimus ad formam thalami concubi-
 tum CONIVGVM; adeoque excludimus omnes, qui
 non sunt conjuges, & vel ipsum sponsum sponsamque
 de presenti. vid. *supr. cap. 1. thes. 6.* De concubina vero
 quid dicendum, cum qua in eodem lecto semper de-
 cumbit vir concubinarius? Equidem, cum *constitutio-*
nibus Imperii nostri de anno 1530. 1548. Ord. polit. tit. 26.
 prohibitus sit concubinatus hodie, haud dubie cum for-
 ma thalami neutiquam iste convenit. De *jure civili* vero
 major suppetit dubitandi ratio, nec non de *jure canonico.*
 Ibi enim diserte dicitur, quod uxor concubina non nisi
 digni

dignitate differant, l. 49. §. 4. de leg. 3. eumque conjugium
inequale vocant Theodosius & Valentinianus Imperato-
 res in l. 3. C. de nat. lib. conf. H. Grot. de J. B. & P. l. 2.
 c. 5. n. 17. add. C. l. A. tit. de concubin. §. 2. Sic jure ca-
 nonico quoque concubinam ab uxore non tam affectione
 maritali, quam aliquando nuda dignitate; & concubi-
 natum a conjugio fere quoad solenitates tantum differ-
 re, testatur Struvius. Exercit. ff. 30. thes. 89. Ideoque &
 concubinaris istis juribus in thalamo legitimo vixisse,
 videri posset. Quid? quod jus Canon. diserte dicat de
 concubina: ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ
 ingenuitatis accipere, c. 11. XXVII. qu. 2. Quicquid ta-
 men hujus sit, ego non putaverim, quod in concubinato
 de jure civili vel canonico sit thalamus proprie & for-
 maliter sic dictus; quippe quod liberi ex eo nati non
 fuerint legitimi, Struv. d. l. tb. 88. sed per subsequens de-
 mum legitimandi matrimonium, §. ultim. Inst. de nupt.
 Ubi ergo non est matrimonium, nec sunt conjuges, ibi
 nec thalamus, ein Ehe-Bette kann nicht bestehen ohne
 Ehe.

Th. IV.

Quod vero de concubinis dictum est, neutiquam
 applicari debet ad matrimonium lege Salica contractum,
 seu ad *morganaticam*, jure feudali receptum; cujus
 exempla illustria etiam in nostro imperio non desunt.
 vid. omnino Myier. ab Ehrenbach. gamolog. person. il-
 lustr. c. 6. Nam quia liberi ex tali matrimonio nati sunt
 legitimi, thalamum quoque legitimum adesse oportet.
 vid. Eund. d. l. §. 15. seq. Utut enim multi Doctores
 tale conjugium variis rationibus improbare conantur;

adeo, ut non desint, qui asserere haud verentur, pactum morganaticum revera continere diffidentiam erga Deum. vid. plur. *d. l. §. 16. seqq.* Ipse tamen Mylerus §. 22. *seqq.* justitiam hujus conjugii rationibus sat validis corroboravit, contrariaque argumenta refutavit: Atque hoc, quod de legitimitate thalami morganatici diximus, de aliis quoque secundariis matrimoniis, veluti est *ad Tbalac. Abrabami cum Kethura, Brabandicum, &c.* vid. Myler. *d. l. §. 11.* intelligendum est, per ea, quæ tradit Pufendorff. *l. 6 d. 7. N. G. & C. c. 1. §. 36.* Quamvis Feltmannus. *tr. de impari matrim.* non adeo favere videatur matrimonio *ad Tbalac, conscientia, & similibus.*

Th. VII.

Hæc de forma constituendi thorum dicta sunt! Quod vero formam *probandi* attinet, quando præsumatur thalamus? paucis adhuc est videndum. Equidem per diutinam cohabitationem viri & mulieris tractantium se ut conjuges, una cum fama vicinæ, præsumi titulum matrimonii, probat Everhardus *loc. legal. a matrim. carn. 76. n. 6. per cap. illud. 11. X. de presunt.* indeque & thalamum præsumi constat, quando pontifex inquit: *si fama loci habet, quod vir ipsam IN LECTO, & in mensa sicut uxorem tenoerit, cogenda est mulier, ut eidem viro adfectu serviat conjugali. &c.* Alias vero sola cohabitatio & concubitus continuatus non facit præsumtionem thori, sed potius pro fornicatione habetur, *c. aliter. XXX. quest. 5.* Quod quidem de jure civili aliter se habet, *l. 24 ff. de R. N. ubi add. Gloss. conf. Nov. 74. c. 5. per quem*

quem tx. correctam esse *d. l. 24.* asserere videtur Gothofredus *ad d. l. 2. C.* Cujusnam vero Juris dispositio quoad successionem ex tali lecto susceptorum attendenda sit? *Qv.* pro civili jure pronunciat Alciatus *de pres. reg. 2. pres. 5. num. 2.* Sane quoad concumbentes nec ipsum jus civile limitationem respuit in foemina minus honesta, *argum. l. 3. ff. de concubin. & Gloss. ad d. l. 24.* Cum itaque ut plurimum ancillæ sint meretrices, teste Bossio *de coit. damnat. num. 28.* Bonacossa *tr. de serv. & fam. quest. 247. num. 2.* ideoque idem Bonacossa *d. l. quest. 251.* eleganter differit: *Tenet quis mulierem & ancillam, & vestit vilibus vestibus, & eam mittit aquatum, & LECTVM habet separatum, ad quam declinat, quando placet, ipsa vero ad suum: An presumatur inter eos matrimonium? (& per consequens thalamus?) Resp. quod non,* vid. *Illustr. Dn. Præf. dissertat. de quotidiano, c. 2. tbes. 11.* Ceterum de tali præsumptione matrimonii & thalami vid. uberius Alciat. *d. l.*

reg. 3. pres. 38.

C 3

CAPVT

CAPVT IV.

ANNECTIT

Finem & effectum thalami.

Th. I.



Finem & effectum thalami hoc capite
 conjungimus, quia plerumque coinci-
 dunt, & quod primum est intentione
 seu fine, id ultimum est in executione
 seu effectu. Est autem finis thalami ali-
 us *primarius* seu principalis; alius *secundarius* seu mi-
 nus principalis; hic est somnus, de quo hic nihil notatu
 dignum reperitur. Ille vero, nempe principalis, consistit
 in sobolis procreatione & mutuo adiutorio; nec minus
 in vitatione pravæ & vagæ libidinis, & si quis alius est
 honesti matrimonii finis. vid. Wesenbec. *paratitl. ff. tit.*
de R. N. num. 6. Sobolis propagationem conjugibus in-
 culcat cum divinum, tum humanum jus, in ecclesiæ pa-
 riter ac reipublicæ propagationem, vid. *Ezech. c. 16. v. 20.*
& c. 23. v. 37. ubi propheta dicit, *filios & filias Deo gene-*
rari. Sic plato *lib. 6. de LL.* ideo præcipit operam con-
 jugio dandam, ut alios Deo pro nobis cultores relinqua-
 mus. conf. *Genes. 1. v. 28. L. 220. §. ult. ff. de V. S. l. 1. 21.*
§. si maritus ff. sol. matr. l. fin. C. deind. vid. toll. mutuum
adiutorium colligendum ex illo Genes. 2. vers. 18. Non est
bonum homini, esse solum, faciamus ei adiutorium, quod
sit

fit coram eo. Evitationem vagæ libidinis discimus ex
1. Corintb. 7. add. c. 11. c. XXXII. q. 1. c. 3. c. XXXII. q. 2.
Myler. gamolog. c. 4. §. 14. vid. tn. c. 6. seqq. q. 2.

Th. II.

Equidem si sola evitatio vagæ libidinis intendatur,
 hoc non sufficere ad thalamum, ex textibus *thes. preced.*
 allatis constat; & alias nec lectus concubinaris a tha-
 lamo differret. Sed an alterutrum ex duobus finibus
 principalioribus, nimirum vel sobolis procreatio, vel
 mutuam adiutorium, ad constituendum thalamum suf-
 ficiat? quæ. Sane ut actu obtingatur sobolis procreatio,
 non est necessarium: alias enim conjuges ætate confecti
 vel alias steriles, aut qui mutuam castitatem voverunt,
 veluti Henricus Sanctus Imper. cum uxore Cunigunda,
 non haberent thorum conjugalem: quod vix dici potest.
vid. l. 27. C. de nupt. conf. Neuenhan. de jur. viduit. m. 1.
sect. 4. lit. g. pag. m. 14. Sufficit igitur, ut saltem tempore
 matrimonii spes sobolis procreandæ adfuerit, quæ etiam
 in senibus superesse potest. *Illustr. Bar. de Lyncker. ana-*
lect. Inst. l. 1. t. 9. §. 2. ad verb. conjunctio. & in comment.
ad Huber. de jur. civil. l. 2. c. 1. §. 4. lit. p. m. 6. Ob aber
 bey Einsegnung alter angehender Ehe Leute der See-
 gen: Sünd fruchtbar und mehret euch, zu sprechen:
vid. Zeiler. cent. 4. qu. 69. p. 356. seqq. ap. Besold. thes. pr.
lit. E. n. 8. in addit. Quin & sexagenarius cum juvencula
 matrimonium inire & thalamum constituere non prohi-
 betur. *vid. Carpz. Jprud. Consist. l. 2. def. 13.* Cæterum
 in Germania non infrequens est, ut senum thalamus
 novis solennitatibus confirmetur. Exempla, quibus
 conju-

conjuges quinquagenarii secundas quasi nuptias celebrantes solennitates nuptiales repeti erunt, vid. ad Befold. d. l. num. 5.

Th. III.

Quid si vero plane deficiat spes sobolis procreanda, veluti in impotentibus & eunuchis : an & tunc nihilominus alter finis, nempe mutuam adiutorium, sufficiet ad thalamum constituendum ; Ubi notandum, nobis hic sermonem esse de impotentia, quæ tempore matrimonii contrahendi adfuit. (De superveniente vid. Richter. decis. 8. n. 16.) Hinc si talis impotentia, alteri conjugi celata, post nuptias comperta fuerit, thalamus pro nullo seu imperfecto thoro ac simplici lecto habetur, quando quidem matrimonium infirmum declarari solet tali sententia : **Daß mit einander in keinem vollständigen Ehe-Bette geseßen.** Vid. Beust. de Matrim. l. 2. c. 15. Struv. Exerc. ff. 29. th. 21. De cætero si alteri quoque ante nuptias comperta fuerit impotentia, & in ejusdem concubium consentiat : an tunc constitui possit thalamus ? ambigua est quæstio in utramque partem agitata, ut videre est ex responsis in Eunuchi cujusdam matrimonio collatis a *Delphino in der Capaunen-Hochzeit.* Negativa tamen verior videtur. Scherzer. *system. theolog. tit. 27. §. 7. p. 705. seqq.* Dn. Baro de Lyncker. *analect. ad Dessel. 4. t. 15. q. 1. & comment. ad Huber. d. l.*

Th. IV.

Dictum est *thes. 2. in fin.* quod senex cum juvencula constituere possit thalamum : unde non incommode heic quæritur : An lectus, in quo David cum juvencula
illa

illa Abisag Sunamitiide concubuit, ut calorem, quo prorsus destituebatur Rex, reciperet, fuerit thoros? Pro affirmativa facere videtur, quod thalamus nomen habeat a *fovento* vel *concalesfaciendis*, juxta *Cap. prelim. tb. 2.* & licet defecerit sobolis procreatio, adjutorium tamen adfuit, quod & ipsum sufficere diximus *tb. 2. b. c.* nam uxorem non lecti tantum, & rei venereæ consortem, verum & consilii, & operum & totius vitæ cooperatricem existimat Chrysostronus *orat. 3. ad fin.* ideoque Mylerus in *gamolog. c. 4. §. 14.* diserte asserit, quod *Rex David* pnelam *Abisag*, in ultimam uxorem duxerit, ut officia familiaria ei præstaret. At enim vero his non obstantibus contrariam negativam verioreni censeo: quia adjutorium istud non fuit conjugis: expresse enim dicitur *1. Reg. 1. v. 4.* illam in servisse Regi, & hunc nunquam cum illa rem habuisse. Accedit, quod non tantum Adonias patris uxorem, matrem suam, in uxorem petere a Salomone nullo modo potuisset, nec Batsabæa quoque filio autor esse, ut traderetur in notorium incestum, *1. reg. 2.* vid. Gerhard. in *loc. de conjug. §. 323. & 355.* Arnis. *de matrim. c. 2. sect. 4. n. 28.* Carpzov. *2. consist. def 31. n. 12. seq.*

Th. V.

Effectus thalami varii sunt, quas juxta triplex objectum juris personarum, rerum, & judiciorum ventilabimus. Effectus thalami seu nuptiarum per benedictionem sacram *perfectarum*, & thori genialis usu *consummatarum*, in genere quidem hic est: Ut *conjux* conjugii, in rebus tam *adversis*, quam *secundis*, cum ad *mutuam*, æque animorum ac corporum, ardentissimo

D

semper

semper amore, in domestici convivtus, & tori conjugalis usu conglutinatorum, consuetudinem; tum usum bonorum omnium communem, sit aequaliter obligatus. Rennem. *Jpr. R. G. m. 1. 42. §. 3.* ex quo ceteri speciales fluunt. vid. Eund. *d. l. §. 4. seqq.* In specie vero in jure personarum quoad ipsos conjuges effectum est, quod uxor gaudeat nobilitate & dignitate mariti *l. 13. C. d. dignit. l. 8. ff. de senat. l. 10. C. de nupt.* vid. omnino Myler. *gamolog. cap. 7. per tot.* Quam etiam vidua retinet, vid. Neuenhan. *de jur. vid. m. 2. sect. 11. lit. b.* Etiam si luxuriose vivat & thalamum stupro commaculet, Carp. *p. 2. dec. 181.* Dissent. Brunnem. *comment. ad l. 10. C. de nupt. n. 9.* donec in novi conjugis thalamum transcendat *d. l. 8. ff. de senator. Nov. 22. c. 36. l. 1. 13. C. de dignit.* Atque hunc effectum thalamo adscribimus, propter *c. presbyteri. §. vidua Dist. 34.* & textum express. *lib. 3. Land-R. art. 45.* ibi: *Das Weib ist ihres Mannes Genößin, aller der Ehren und Würdigkeit, die der Mann hat, zu Hand, als sie in sein Bett tritt.* conf. Moller. *ad Const. Elect. p. 3. c. 19. num. 6.* Unde facile est judicatu de quaestione: An dignitatis & conditionis ejusmodi mutatio statim a sponsalibus, an vero a nuptiarum consummatione demum incipiat? de qua vid. Neuenhan. *d. tr. m. 3. sect. 4. lit. a. p. m. 324. seq.* Quavis, si usum fori spectemus, ad hunc effectum sufficere videatur benedictio sacerdotalis; utut de cetero sponsa incedere habitu virginali non prohibeatur, si post benedictionem sacerdotalem, sed ante ingressum thalami, mortuus sit sponsus. Carpzov. *p. 3. c. 19 l. II.*

Huc etiam spectat, quod de jure Saxonico post nuptias consummatas & consensionem thalami uxor transeat in mariti sui tutelam, per *tx. Land-R. lib. 1. art. 31.* ibi: Wann ein Mann ein Weib nimmt, so nimt er sie in sein Gewehr, und alles Guth zu rechter Vormundschaft; Ubi Zobel. *in addit. lit. g.* hanc explicationem subjicit: *Hoc fit, postquam THORVM NVPTIALEM est ingressus.* Et paulo post: *quod quidem rectius videtur probari posse ex tx. art. 45. libr. 3. qui dicit, quod mulier LECTVM MARITI ingrediens omne ejus jus eo ipso in se derivet. Videtur enim extunc facta ejus uxor. Add. art. 45. d. libr. 1. ibi: und ob wol ein Mann seinem Weib nicht eben bürtig wär, ist er doch ihr Vormund und sie sein Genößin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bette tritt. conf. Richt. dec. 76. n. 37. Hahn. ad Wesf. tit. de bis. qui sui vel al. jur. n. 3. circ. fin. Quamvis usu fori, præsertim in judicialibus, maritus ad sui legitimatorem curatorio opus habeat, vel cautionem rati præstare teneatur, Carpz. p. 1. c. 1. dec. 31. Nihilominus tamen ipso jure mariti tutela fundata est actu primo; perinde ac alia tutela legitima hodiernum ipso jure competit, utut confirmanda sit a Magistratu, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. l. 16. t. 3.* Ex quo fluit porro, quod uxor per ingressum in mariti thorum liberetur a patria potestate; etiamsi in convictu patris maneat. Rennem. *d. m. 1. d. 42. §. 7. lit. a. Constit. Elect. Sax. p. 2. c. 10.* ibique Carpzov. *def. 3. nec vidua in potestatem patris relabitur. Dn. Baro de Lyncker. analect. Inst. l. 1. t. 9. §. ult.**

Th. VII.

Neque alienum hic esse videtur, quod Neuenhan.
mtr. de jur. vid. m. 2. f. 22. lit. d. p. m. 196. tradit, quod scil.
 focer nurum cum liberis suis sustentare & altere necesse
 habeat, donec *thorum* defuncti viri custodiat, Petr. Cabal.
consil. 167. n. 29. § 39 fol. 231. modo aliunde ipsis non fit,
 unde vivant, Bart. *tr. de alim. n. 16.* Coler. *de alim. c. 12.*
n. 24. § seqq. ne forsan omnibus destituta subsidiis pror-
 sus pereat, aut vero conditionem cum Glycerio illa Te-
 rentiana accipiat, in *Andr. act. 1. scen. 1.* turpemque qua-
 stum accipiat, Bald. *Novell. tr. de dote privil. 6. col. 52.*
vers. sed tamen advertite. Atque ita hic Jenæ mens. Martio
 Anno 1617. responsum esse, meminit. Idem Neuenhan.
cit. loc.

Th. XIII.

Deinde quoad liberos exerit se in jure personarum
 effectus genialis tori ratione legitimitatis, tum eorum, qui
 in ipso matrimonio sunt nati, tum & genitorum extra
 matrimonium. Illos quod attinet, censetur filius legiti-
 mus esse, qui natus ex uxore, cum qua maritus nuptias
 celebravit, & eo tempore, quo partus conceptus, mo-
 ratus est, *l. 6. ff. de bis, qui sui vel al. jur. l. 5. de in jus voc.*
 adeo ut matri etiam in articulo ultimo vitæ, adferenti,
 filium non esse natum ex marito; non sit credendum
l. 3. §. 1. ff. ad SCt. Syllan. add. l. 6. C. de testib. conf.
Mascard. de prob. concl. 786. § 452. n. 7. Menoch. *lib. 2.*
arb. jnd. qu. c. 89. § 6. pres. 54. Gail. *2. Obs. 97.* Covarruv.
de sponsal. p. 2. c. 8. §. 3. num. 10. qui hanc præsumtionem
 adeo

adeo extendunt, ut tradant, filium natum ex uxore, cum qua & maritus & adulter consuetudinem habuit, habendum, ac si mariti esset. add. Menoch. 6. *praf* 3. Engel, *colleg. jur. can. libr. 4. t. 17. num. 2. seq.* quod tamen non simpliciter verum esse, existimat Struv. *Exerc ff. 3. tb. 43. in fin.*

Th. IX.

Qui extra legitimum matrimonium nati sunt, & quidem jure Romano ex concubina, seu naturales in specie, hodie quilibet ex soluta & honesta alias persona progeneriti per thalamum supervenientem legitimantur. (Qui vero tempore constituti thalami nascuntur, licet protinus post celebratas nuptias die Frühlinge, non legitimati, sed jam legitimi sunt. v. Hahn. *ad Wes. tit. de his qui sui vel. al. jur. n. 3.*) In tantum vero legitimati per subsequens matrimonium legitimis æquiparantur, ut nec ullum fere inter hos ac eos, qui ex initio justis nuptiis procreati, sit discrimen, Struv. *Exerc. ff. 3. tb. 51.* Et veniant nomine de Boll und Wohlbürdigen, Mev. 8. Dec. 87. isque denegari non possunt testimonia natalitia, Geburtsh. Briefe, quod ex thoro legitimo & honestis parentibus nati sint: Daß sie von ehrlichen, frommen Ehe-Leuten, aus einem recht ehelichen, ohnbesleckten, ohngetadelichem Ehe-Bett, herkommen, gezeugt, und gebohren, Carpz. p. 2. c. 6. d. 15. Lauterb. *colleg. ff. lib. 1. tb. 6. §. 25. it.* Daß er aus einem reinen, keuschen und unbesleckten Ehe-Bette erziehet und gebohren, Richter p. 2. Decis. 80. n. 50. vel: Daß sie ächt und recht, und aus einem Ehe-Bette gebohren. Hahn. *ad Wes. cit. loc.* Adeoque istanquam ex thoro legitimo natus omnino in collegium officium reci-

piendus est Carpzov. *lib. 2. Jprud. Consist. tit. 14. def. 236.*
 Hahn. *cit. loc.* Quid vero si in statutis nominatim seu ex-
 pressis verbis taliter legitimati, vulgo *die Mantel-Kinder*,
 exclusi fuerint? Equidem Carpzovius *de def. 236. n. 15.*
seqq. ejusmodi statuta tanquam injusta rejicienda putat:
 a cujus tamen sententia & ratione recedit Lauterbach.
cit. loc. Rennem. Jpr. R. G. m. 1. D. 43. tb. 16. lit. c. ubi talia
 mechanicorum statuta honoris & pudicitiae plena laudat
 & probat.

Th. X.

Quid autem dicendum de foemina *spuria* vel *na-*
turali, quae legitimo viro *nubit*: an & ipsa per hoc quod
 ingrediatur legitimam thalamum, perinde ut liberi, le-
 gitima fiet? Videtur, quod sic: quia liberi ex illo ma-
 trimonio nati sunt legitimi, Marp. *3. conf. 34 n. 9. seqq.*
 argumentum vero ab effectu ad causam, ut hic legitimi-
 tatem matris, in jure est frequens, forte & multum effi-
 cax, ut loquitur Everhardus *loc. leg. 21. pr.* ideoque hanc
 quaestionem affirmat Schützius *Exerc. 3. tb. 15.* Sed rectius
 negatur. L. B. de Lyncker. *comm. ff. l. 1. t. 6. §. 9.* Nam quod
 liberi fiant legitimi, in hoc respicitur causa *proxima*, legi-
 timae *nuptiae*: ubi utique argumentum procedit; secus
 in causa remota, vid. Everhard. *d. l. n. 7.* periude fere,
 ut *ingenui* etiam sunt, qui ex *libertinis* parentibus nascun-
 tur. *pr. instit. de ingen.*

Th. XI.

In *ju rerum* effectus thalami potissimum se exerit
 in successione conjugum; quae vel *communis* est utrique,
 vel *propria* alterutri, qui thorum genialem coluerunt. Ad
 communem refero ipsius thalami acquisitionem: in eo
 com-

enim par conjugum est ratio, quod scil. lectus genialis, plerorumque locorum consuetudine, superstiti debeatur; quemadmodum & annulus sponsalitiis. Neuenhan. *tr. de jur. vid. m. 2. sect. 14. lit. e. inf. p. m. 154.* Idque Garfias *de expens. & mel. c. 8. n. 4.* in præsumpta donatione & traditione fundat, præsertim quod ille vivo marito jam fuerit uxoris in eventum mortis, & item viva uxore fuerit mari in eventum mortis uxoris: Id quod colligit ex verbis allegatæ a se legis, ubi dicitur: *El leche que avian quotidiano finque ab vivo, & ibi: Finque ab otro.* Conf. Gutierrez. *lib. 2. pr. qu. 94. n. 2.* Unde fluit, quod, licet alias moribus Saxonix, præsertim in Electoratu, vidua marito suo cum liberis succedens, dotem, geradam, & reliqua sua bona conferre teneatur. *Const. Elect. Sax. p. 3. c. 20.* ibique Carpzov. *d. 25. seqq. & p. 3. c. 11. d. 26. n. 10. seqq.* Struv. *Jpr. for. l. 2. t. 32. apb. 12. in f.* tamen lectum geniale non teneatur conferre; quod in *Decisionibus Lynckerianis cent. 1. Dec. 22.* confirmatur tali præjudicio: *Cōferre non tenetur vidua in ihre portionem statutariam, ihren Mähl-Schatz, Trau-Ring, weiblichen Schmuck und Ehe-Bette; ic. denn dieses alles behält dieselbe billig voraus.* Alia est ratio, si parentes filio vel filix in elocatione cum vestimentis cæterisque ornamentis, ut accessionem dotis dederint vel comparaverint lectum geniale, **das Ehren-Bett**: hunc enim in successione parentū cohæredibus fratribus utique conferre debent, vid. Carpz. *p. 3. c. 11. d. 11. inf. & def. 22.* id quod iterum L. B. de Lyncker. *p. 1. Dec. 334.* perspicue confirmat h. m. **Nuch ist das Ehren-Bette, so ihr der Vater mit gegeben, von ihr in die Collation zu bringen. Und mag**

mag

mag darauf von einem Ehe-Bett, so der Collation, bey einer Vidua, marito successura, nicht unterworffen, nicht geschlossen werden.

Th. XII.

Quoad successione in alterutri Conjugum propriam notandum, quod de jure Saxonico *marito* competant omnia mobilia a defuncta uxore relicta; nec non immobilia aestimato in dotem data. Carpz. p. 3. c. 23. d. 26. Atque de his mobilibus in præjudicium mariti uxor testari non potest, Carpz. p. 3. c. 7. d. 4. Quod si uxor bona mobilia non relinquat, quarta pars bonorum obvenit marito. Struv. *Jpr for. l. 2. t. 30. apb. 27.* add. Richter. *tr. de success. ab intest. sect. 4. m.* Neuenhan *tr. de jur. viduit. m. 2. sect. 15.* Berlich. p. 3. *concl. 29. n. 20. seqq.* Best. *de matrim. t. 67. seqq.* Et quamvis ab hac mobilium successione excipiantur bona utensilia seu res ad geradum spectantes, quæ ad proximam uxoris cognatam deferuntur, Berlich: *d. l. n. 61.* Richter. *c. l. n. 36. seqq.* Nihilominus marito ex illis debetur *lectus ornatus ac stratus*, (haud dubie genialis,) *sicuti vivente uxore fuerat*: Land-R. *lib. 3. art. 38. inf.* ptout pronunciatum hic Ienæ mens. Febr. Anno 1617. refert Neuenhan. *d. l. lit. d. p. m. 156.* verbis ita conceptis: Jedoch müisset ihr von den Gerade-Stücken dem Wittwer sein Bette als es stunde, do sein Weib S. noch lebte, ic. bereiten und stehen lassen.

Th. XIII.

Vicissim *uxori* quoque de jure Saxon. post consensionem thalami defertur certa portio statutaria; ita tamē, ut aliter succedant viduæ nobiles, aliter plebejæ. vid. omnino *Const. Elect. Sax. part. 3. Const. 37.* ibique Carpz. *def. 1.*

def. 1. & seqq. & part. 3. c. 20. ibique Carpzov. Neuenhan.
d. tr. m. 2. sect. 16. seq. Berlich. p. 3. concl. 27. seq. Et quam-
 vis vidua ignobilis, portionem statutariam lucratura,
 omnia sua bona, etiam geradam, conferre teneatur;
 ipsam tamen præcipuum habere lectum conjugalem
 jam *ib. 11. b.* monitum est. Neque aliud dicendum esse
 videtur, etiamsi repetita dote sua repudiaverit portio-
 nem statutariam. Nobili autem viduæ quæ debentur, di-
 versi generis sunt, veluti gerada, sponsalitia largitas die
 Morgengabe, Cibaria das Mustheil, Dotalitium, &c.
 vid. *Berlich. d. concl. 28.* Et quidem a gerada hic neuti-
 quam excludi poterit lectus genialis, per tradita *Berlichii.*
d. l. n. 4. conf. Struv. ad A. Matth. de success. in designat. rer.
ad gerad. pert. voc. Bett. Porro quod morgengabam
 (quam vulgo sponsalitiam largitatem vocant; a qua ta-
 men omnino differt. vid. *L. B. de Lyncker. analect. ff.*
l. 23. t. 1. thes. 16. Myler gamolog. c. 15. §. 8. C. I. A. tit. de
jur. tot. §. 43. seq.) attinet, de jure Saxon. quædam eo re-
 feruntur, quæ absque donatione aut expressa constitutio-
 ne ad uxorem pertinent; de quibus vid. *Berlich. d. con-*
clus. 28. n. 85. seqq. Struv. ad A. Matth. de success. Aliter
 vero se habet donum matutinale de jure communi.
Bitsch. comment. ad 2. F. 29. add. Myler. ab Ehrenbach.
gamolog. person. illustr. c. 15. seqq. j. §. 24. d. c. 15. quippe
 quod uxor non tam jure successionis post mortem mariti,
 quam titulo donationis etiam vivo marito, acquirit & ad
 heredes transmittit. vid. *Carpz. p. 2. c. 13. def. 19. Hartm.*
Pistor. l. 1. qn. 44. add. Myler. gamolog. c. 18.

Nimirum Donatio Morganatica est munus matutinum, quod novus maritus illustris suæ conjugii noviter nuptæ, in catena, jocalibus, aut simili repretiosa adjecta pecuniæ summa, post *primum concubitum*, in virginitatis ereptæ, soluteque Zonæ virginæ, vel pudicitia præmium & propter officium ea nocte præstitum, confert. Myler *d. l. c. 15. 6.* Conf. Eund. *d. c. 15. §. 2.* ubi ex *Speculo Svecico lib. 1. art. 272.* hæc refert: Nun mercket und vernehmet, was ein ieglicher Mann der von Ritterlichen Art ist, seinem Weibe zur Morgengab geben mag, ohne seiner Erben Urlaub, des Morgen an ihrem Bett, oder so er zu Tisch gehet, oder ob dem Tisch, &c. Ut plurimum enim hodie ipsis pactis nuptialibus a viro illustri stipulando promittitur ac post *primum concubitum*, wann die Decken beschlagen, oder das Ehe-Bette beschriffen worden, præstatur & traditur. *Id. d. l. 17. §. 5. circ. fin. §. c. 16. §. 7.* Quæritur autem hic: An, sicuti Maritus illustris, conjugii novæ nuptæ thalami ingressum donum matutinale ex consuetudine Imperii dare tenetur; ita quoque *Vidua* illustris ducens *Adolescentem* maritum, ei post *primum concubitum* munus morganaticum dare aut in pactis dotalibus promittere teneatur? asserit & jucundis rationibus confirmat Myler. *d. l. c. 16. §. 4.* Conf. *Besold. tbes. pr. voc. Morgen-Gab.*

Utrobique vero, tam a parte mariti, quam a parte uxoris, ut successio statutaria vel ex pactis dotalibus locum habeat,

habeat, non sufficit perfectio prima matrimonii, nempe sponsalia; neque secunda per benedictionem sacerdotalem: sed tertia simul requiritur, nempe consummatio per concensionem thori seu thalami, vid. Carpz. l. 3. *Consist. def. 57. § 5. Resp. 180.* L. B. de Lyncker. *analect. ff. l. 23. tit. 2. tb. 26.* Württenb. *Land-R. p. 4. t. 2. § 4. & Plebst ad J. P. W. Disp. 1. tb. 6.* ibi; *si in tectum alterius conjugis ductus ductave fuerit.* Nach dem Bett-Sprung wird der Superstes zur Succession admittiret. *Add. Const. Elect. Sax. p. 3. c. 19. ibique Carpzov. def. 1. seqq.* Rennem. *Jurpr. R. G. m. 1. D. 41. §. 55. lit. c.* Richter. *p. 2. decis. 94.* Quod etiam in specie quoad *donum matutinale* requirit Myler. *c. 16. §. 7.* vid. *tb. preced. & quoad dotalitium* Carpz. *p. 3. c. 19. d. 8.* Et hoc procedit, etiamsi post concensionem thori matrimonium momento saltem duraverit, *Berl. p. 3. concl. 25. n. 30.* Neque requiritur, ut copula carnalis accesserit, *Id. d. concl. 25. n. 33. seq.* Carpz. *p. 3. c. 19. d. 4.* etiamsi copulam istam impediatur impotentia, *Carpz. d. l. def. 5.* Moller. *3. sem. 23.* utut dissentiat *Berlich. d. l. n. 35.* Alias licet per sacerdotalem copulam consummatum sit matrimonium, & in procinctu fuerint conjuges ingrediendi thorum, nec tamen locum habet successio, *Carpz. d. l. def. 3.* *Berlich. c. l. n. 31. seq.* quod præjudicio firmat *Richter. d. dec. 94. n. 6.* Exceptiones vid. ap. *Mev. ad J. L. p. 2. t. 2. art. 12. n. 272.* *Cothmann. vol. 2. Resp. 78. n. 98. seq. § n. 1. 43.* veluti si per sponsam steterit, quo minus nuptæ consummarentur, quo casu sponsus dotem lucratur, etiam ante concensionem thalami defuncta sponsa, *Carpzov. d. l. def. 9.*

Th. XVI.

Sicuti vero sola conscensio thori, absque carnali copula, sufficit ad successionem statutariam : unde notabilem Doctores observant practicam, quod appositio in lectum, quæ inter Nobiles & illustres personas solet servari (wann die Braut dem Bräutigam ins Bette beygesetzt wird,) pro ingressu thori conjugalis habeatur, idemque operetur, Carpz. *d. l. def. 4. n. 7.* Indeque mos ille, per Saxoniam, inolevit: ut post benedictionem perfectam, plerumque *ante Epulas*, vel his præmissis *tempore chorearum*, Desponsati in thalamum nuptialem vocati in præsentia propinquorum, lecto geniali imponantur: breviusculo tempore mox, ad mensam vel choream reversi. vid. Rennem. *Jpr. R. G. m. 1. D. 41. §. 55. lit. C. conf. sup. c. 3. tb. 1.* Ita vicissim solus thori conjugalis ingressus consummationem non facit matrimonii, nec lucrum dotis atque portionis statutariæ tribuit, sed legitima ac justa sit conscensio thalami necesse est, præcedente scil. copula sacerdotali; ideoque nihil lucratur sponsus ex bonis sponsæ a se imprægnatæ, vel hæc ex illius bonis, si alteruter ante copulam sacerdotalem decesserit, Carpzov. *p. 3. c. 19. d. 6.* Quod vero si post injustam conscensionem subsequatur copula sacerdotalis, & sic stuprator in matrimonium ducat stupratam, & tamen dehinc nulla facta sit conscensio thalami: an nihilominus portio statutaria debebitur? Affirm. vid. elegantem casum in *Decision. Lynckerian. p. 1. dec. 405.*

Th. XVII.

Th. XVII.

Non solum vero in acquirenda hereditate proficit thalamus, sed etiam quoad exclusionem ab hereditate nonnihil operatur. Et quidem qua ratione & quibus modis per abusum thori hereditas ut indigno auferri possit? colligere licet ex *C. J. A. tit. de his que ut indign. §. 3. n. 9 seqq.* Interim vidua post mortem mariti thalamum fornicando maculans, nec dignitatem mariti, nec dotem aut hereditatem vel portionem statutariam amittit, *Carpz p. 2. Dec. 181. § p. 2. qu. cr. 65.* (add. *Garfias de acques. conjug. n. 39. seqq. ubi n. 45.* ipse contrarium asserit, & a *Costa* præceptore suo dissentit: quia viduitas honesta esse debeat, thorusque maritalis nulla labe pollutus; & alias secura sit viduæ inverecundia, impunitaque thori nuptialis pollutio &c. *conf. n. 51. ibid.*) Imo licet vivente marito, eo tamen ignorante vel dissimulante, thorum violaverit. vid. omnino *Carpz. d. q. 65.* Ex hereditationem quoque meretur, qui thorum parentis conspurcaverit, per *Nov. 115. c. 3. p. 6.* juxta versic. vulgatum ap. *Struv. Jpr. for. lib. 21. 17. apb. 1. ibi:*

Si mimos sequitur, vitietque cubile paternum.

Veluti plenius eosdem casus ordine enarrat *Hilligerus l. 6. D. e. 12. L.*

Aut patrium vetito scandat amore thorum.

Quod utique nefandum est scelus, quo etiam *Ruben* paterna benedictione indignum se redditit, *Genes. cap. 51. vers. 22. § cap. 49. vers. 4.* & ipso jure primogenituræ,

1. Paralip. c. 5. vers. 1. Ceterum quod *in cit.* §. 6. Nov. 115. de filio dictum est quoad thalamum patris vel avi, idem intelligendum est quoad thorum matris vel avia, si filia vitrico se misceat, Rennem. *Jpr. R. G. m. 2. D. 17. §. 18. lit. b.* admittuntur enim similes vel majores causæ in *Novella* non expressæ, Struv. c. 1. Et sicuti item obtinet quoad exheredationem patris, si temeraverit cubile filii, per Nov. 115. c. 4. Ita non minus matrem justa exheredationis causa manet, si se miscuerit marito filia, Renn. d. 1. §. 19. lit. f. Cæterum an liberi exheredatione digni æque habeantur, si absque parentum consensu nuptias contrahant & thalamum conficiant? ac si spreto legitimo thalamo meretriciam seu feneratoriam vitam sectari malint? vid. Rennem, d. 1. §. 18. lit. b. Hottomann. *qu. illustr. 9.*

Th. XIIX.

Tandem in jure rerum quandoque effectus thalami conspicitur quoad modos *tollendi obligationem*, quando alteruter pro altero tenetur solvere æs alienum. Quamvis enim regulariter, præsertim de jure communi, nec maritus pro uxore, neque uxor pro viro obligetur, l. 1. C. ne uxor pro marito. vel maritus pro uxore &c. Non tamen improbantur statuta, quod uxor teneatur pro marito, vid. Gail. 2. Obs. 90. n. 1. Mynsing. 1. Obs. 29. Hillig. l. 15. D. E. c. ult. lit. B. Colleg. jur. Arg. tit. ad S Ct. Vel lej. th. 5. Coler. decis. 31. Quale obtinet Norimbergæ, Gothæ, Coloniz, teste Coler. & Hillig. dd. ll. Luneburgi, vid. Decis. Lynckerian. p. 1. dec. 477. Hamburgi, Ibid. p. 3. dec. c. 1201, Add. Jus provinc. Württenb. p. 4. tit. 4. (Nec desunt

desunt quoque de jure communi exceptiones, quod conjuges pro se invicem obligentur, vid. Gail. *d. obs. 90. n. 2. seqq.* Ioh. Er. Balthas. *p. 1. pract. resol. tit. 1. ref. 10. num. 2. seqq.*) Cum vero talia statuta plerumque restringantur ad æs alienum in societate conjugali contractum: non levis est disquisitio, an eatenus perfecta habeatur societas conjugalis protinus post benedictionem sacerdotalem: an etiam requiratur consensio thalami? Equidem copula sacerdotalis utique requiritur: ideoque sponsa pro sponso non tenetur solvere æs alienum, licet ad sponsalia accesserit consensio thori & copula carnalis, Lauterb. *Disp. de ære alieno soc. in conjug. contr. c. 2. §. 11. n. 5. seqq.* Quibusdam in locis tamen præterea requiritur ingressus thori conjugalis, daß die Ehe-Leut, nach gehaltenem Kirch-Gang, auch zu ehligem Beylager kommen, und die Deckin sie beschlagen habe, vid. Molin. *de J. & J. tom. 2. Disputat. 422. num. 3.* Sand. *decis. Fris. lib. 2. tit. 5. def. 1. in fin.* Lambert. Goris. *in advers. jur. tract. 1. c. 2. num. 1.* Ubi vero nihil tale reperitur statutum, ibi solum sufficere *ιερολογία*, putat Lauterb. *diæt. dissert. c. 2. §. 12. n. 7.* Idque in specie de statuto Würtemb. uberius probat, *ibid. §. 13. n. 1. seqq.* At tantum de Effectu thalami quoad jus rerum.

Th. XIX.

Circa *Actiones & Judicia* etiam nonnihil operari videtur thalamus. Nimirum circa instituendam actionem prima debet actoris cura esse, ut forum rei competens eligere noscat, quod ex diversis causis fundatur. vid. Nicol. *de proc. p. 1. c. 19.* Præcipuum vero & generale,

rale, quod non cæteris regulariter concurrit, est forum domicilii. *Id. d. l. n. 7. seqq.* Quod inter alia etiam per matrimonium & thalami intentionem constituitur. Sic enim quando vir thalamum uxoris ejusque domum sequitur, wann der Mann zum Weibe eingefreyet, oder zu ihr fähret, *20. Zanger. de except. p. 2. cap. 1. n. 65. Hillig. l. 17. D. E. c. 12. lit. L. Nicol. d. l. n. 10.* forum quoque ibidem sortitur: non quidem ex persona uxoris, sed ex facto proprio, *Lauterb. dissert. de domicilio. c. 3. §. 21. n. 79. seq. Struv. Exerc. ff. 9. tb. 28. Martin. comm. ad Ord. jud. Sax. tit. 11. §. 2. n. 82.* Vicissim uxor sequitur domicilium & forum mariti, quod domicilium matrimonii dicitur *in l. 5. ff. de R. N.* Idque forum etiam post mortem mariti vidua retinet, donec rursus nubat, *l. 22. §. 1. ff. ad municip. Carpz. pr. tit. 3. art. 1. n. 54.* etiamsi thorum vidualem stupro violet, *Carpz. p. 2. dec. 181. Lauterb. dissert. de domicil. thes. 21.* Sponsa vero etiam de præsentis, ante consummatas nuptias domicilium suum non mutat, nec in sponsi sui forum transit, *Zanger. d. l. num. 16. Struv. de thes. 28. Hillig. c. lit. Carpzov. 2. Respons 24. num. 15.* Quandoquidem vero virgo adhuc & sponsa dicatur ante ingressum thori, etiam post benedictionem sacerdotalem, ita ut habitu virginali eidem incedere liceat, per tradita *sup. thes. 5. inf. b. c.* Hinc disquiritur, an etiam ad forum mariti participandum requiratur consensio thalami? ita quidem statuere videtur *Zanger. d. c. 1. n. 64. & Mol. ad Const. Elect. 19. p. 3. n. 2. propter tx. Land-N. lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45.* Contrarium tamen verius habetur, quod scilicet consensio thalami non requiratur; sed statim post benedictionem sacerdotalem privilegia
fori

fori maritalis uxori tribuunt Carpzov. l. 2. Resp. 24. n. 16. seq. Martini d. l. num. 70. seq.

Th. XX.

Actionis institutz Executionem si spectemus, iidem circa thalamum peculiare jus notandum venit. Nam quoad ordinem & modum exequendi, de quo vid. Nicol. de process. p. 3. c. 8. n. 18. seqq regulariter primo capiuntur mobilia **die fahrende Haab und Güther**, ita ut etiam lecti capi possint, *Id. d. n. 18. inf.* Interim hoc limitationem recipit in rebus ad agriculturam, artificium, & usum quotidianum pertinentibus, quæ executioni regulariter non subjacent, nisi in subsidium, & aliis bonis plane non suppetentibus; id quod de lectis ad necessarium & quotidianum usum, etiam privati, deputatis, sine quibus homo commode & honeste vivere non potest, qualis haut dubie est thalamus, diserte statuunt Marant. *spec. aur. p. 6. tit. ult. de execut. num. 29. seq.* Color. *de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 186.* Berlich. *p. 1. concl. 80. n. 40.* Martin. *comment. ad Ord. jud. Saxon. tit. 39. §. n. 32.* Conf. *Ord. jud. Pomeran. §. also auch soll den Kindes-Betterin ꝛc. Reform. Francof. ad Mæn. p. 1. t. 45. §. 12. vers.* auch sollen dem Schuldner sein selbst, auch seines Weibes und Kinder tägliche nothwendige Kleidung und Bettgewand nicht abgezogen, noch ausgetragen werden, es erfordere denn solches die äußerste Nothdurfft.

Th. XXI.

Obest etiam executioni quadantenus beneficium competentiz, quod non solum propter sanguinis conjunctionem & reverentiam competit parentibus utriusque

F sexus,

sexus, tam primi, quam ulterioris gradus, Nicolai *proc.* p. 3. c. 5. n. 5. etiamsi liberi ex thoro legitimo ficto nati seu legitimati fuerint per subsequens matrimonium, Vid. Lauterbach. *dissert. de benef. compet. tb. 13. in f.* Sed etiam ob matrimonii honorem conjugibus, veluti marito, si conveniatur de dote restituenda, vel alio debito. Id. *d. l. num. 8.* Add. Martin. *comm. ad Ord. jud. Saxon. tit. 39. §. 4. num. 26. seq. & num. 32. seq.* Et hic quoque consensio thalimi requiritur ad hoc privilegium impetrandum. vid. Riemer. *dec. 2. qu. 8.* Wehner. *Observ. tract. voc. Ehe-Mann.* Lauterbach. *d. dissertat. tbes. 20. in fin.* Cum itaque exceptio competentiae in eo consistat, ut personae conventae non in solidum exigantur, sed in tantum, quod facere possunt, ne egeant, & ut possint detinere ea, quae ad sese honeste exhibendum & egestatem evitandam sunt necessaria, Nicol. *cit. loc. num. 4.* Ideoque haut dubie parentibus vel conjugum thalamum relinquendum esse, apparet, modo thalamus non sit ultra conditionem & statum conjugum pretiosus, vid. Martin. *comm. ad Ord. jud. Saxon. tit. §. 39. 4. num. 14. seqq.*

§. XXII.

Denique ad faciliorem executionem debiti, praesertim in concursu creditorum impetrandam conducit impositio arresti. vid. *Constit. Elect. Saxon. p. 1. c. 29. ibique Carpz. Ord. jud. Sax. tit. 51. Ord. jud. Goth. p. 1. c. 19. §. 11. Richter. p. 2. dec. 77. Berlich. p. 1. concl. 74.* Cumque regulariter omnia debitoris bona juri arrestorum subjiciant arrestarique possint, Color. *de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 38.* Peck. *d. jur. sist. c. 4. n. 1. seqq.* Carpz. *p. 1. c. 29. d. 29. n. 1*

& 112

Et in proc. tit. 21. art. 2. n. 22. Mev. tr. de arrest. cap. 9. Inde etiam quæritur, an thalamus quoque arresto possit adstringi? Equidem Mevius d. c. 9. n. 54. testatur, usu fori lectos quoque Et vestes vulgares ad quotidianum victum Et usum necessarias arrestis obnoxias esse; cum inter executionem Et arrestum magna sit differentia: illa adimat, quia non solvitur, hoc sistat, ut respondeatur aut solvatur; illa possit querere alia, antequam ad ademptionem deveniatur privilegiatorum, hoc vero ideo impetretur, quia alia sub jurisdictione arrestantis judicis non adsunt. Et cum debitor ipse in persona sisti queat, quomodo rerum illius aliquid possit esse privilegium, non, inquit, Ipse, video. Ex quibus videri posset, nec thalamum ab arresto immunem esse. Quia vero ipse Mevius c. l. hoc limitat, si debitor non habeat alia, unde se suosque possit alere; quo casu ab arrestis eximuntur ea, quæ alimentis destinata sunt, Mev. in discuss. lev. inop. deb. c. 4. sect. 1. num. 76. Carpzov. p. 1. c. 29. d. 33. Berlich. p. 1. concl. 74. num. 43. seqq. & præterea pro debitis mariti res uxoris non possunt arrestari, Richter. p. 2. decis. 77. num. 51. thalamus vero utrique conjugi est quodammodo communis, per tradita supr. tb. ii. b. c. Ideoque verius putaverim, thalamum ab arrestis esse eximendum.

CAPVT V.

Docet, quænam sint

Contraria thalami.

Th. I.



Uicquid repugnat matrimonio ipsi, illud ad contraria thalami non male referres: unde & *viduitatis*, quam *integro tractatu* profecutus est, *Neuenbanius*, rationem aliquam habere, non esset inconueniens. Sed nobis in præsentî de eiusmodi dissentaneis potissimum agendum erit, quæ cum ipso thalamo pugnant paulo propius; inter quæ primo loco referri meretur adulterium seu violatio thori alieni. Neque tamen hic vacat, omnia, quæ de adulterii crimine larga manu tradunt Doctores criminalium, inter quos non est infimæ cavæ *Carpzovius p. 2. qu. cr. 51. seqq.* huc transcribere, sed pauca quædam ad scopum nostrum pertinentia delibabimus. Dicitur vero adulterium quasi accessio ad alterius thorum, *c. 2. vers. adulterium, XXXVI. q. 1. Harprecht. comment. ad §. 4. Insto de publ. jud. n. 7.* Et quidem de jure Canonico & moribus dubitandum non est, quin quælibet violatio thori etiam proprii, quando eidem sobolis procreatio subtrahitur & a marito in solutam fœminam transfertur, adulterium efficiat, *Struv. Exerc. 49. ff. thes. 26.* quamvis dissentire videatur *Heig. lib. 2. qu. 29.* De jure ciuili Romano autem an maritus
cum

cum soluta committat adulterium? inter Doctores non adeo convenit. Menochius *Libr. 2. de A. J. Qu. cas. 420. num. 105. seqq.* & *vol. 3. consil. 249.* Carpzovius *p. 2. qu. cr. 52. num. 60. seqq.* aliique affirmativam amplectuntur. propter *l. 18. C. ad L. Jul. de adult.* Sed ab his recedunt, & negativam tanquam veriozem defendunt Harprecht. *d. l. n. 9. seqq.* P. Theodor. *colleg. crim. disp. VI. tbes. 2. lit. 1.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 32. th. 2. lit. B.* Struv. *d. th. 26. ibique Evolut. th. 27.* quia uxor non dicatur habere proprium thorum, quippe qui ad maritum spectet, ut ex eo sibi & in suam familiam liberos suscipiat. Neque Carpzovius aut Menochius ex *c. l. 18. C. d. t.* alieni thori violatioem eliciet. L. B. de Lyncker. *analect. ad Struv. d. th. 26.*

Th. II.

Desertio malitiosa æquiparatur adulterio. Carpzov. *lib. 3. Consistor. d. 71. n. 11.* Et cum adversetur conjugio, quod dicitur consortium omnis vitæ, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Carpz. *d. l. def. Eccl. 56. num. 1. seq.* ideo non dubitare licet, quin & ipsa inter contraria thalami spectet. Non tamen putandum est, nos solam hic intelligere desertionem, quando conjux relicta domo pariter ac thoro ab altero cunjuge aufugit & in absentia vagatur, de cujus processu vid. Carpzov. *lib. 3. Jurpr, Consist. tit. 5. def. 56. seqq.* Sed hoc quoque speciem desertionis malitiosæ esse arbitror, quando manentes quidem in eodem loco cohabitare nolunt, adeoque vel proprio ausu separare se conantur, vel alteruter ex conjugibus cum altero concumbere nolit, atque ita thalamum fugit, aut in thalamo debitum conjugale denegat. Neque enim desertio ma-

litiosa in absentia corporis solum, sed etiam in abalienatione animi consistit. Conf. L. B. de Lynck. *comment. ad Huber. L. 2. c. 1. §. 9. lit. t. in fin.* Henr. Lynch. *comment. ad Decretal. libr. 4. t. 19. §. 10. & 12.* Dn. Thomas. *Jurprud. divin. libr. 3. cap. 3. §. 70.* Besold. *vol. 3. cons. 27. num. 27.* Quemadmodum itaque conjuges cohabitare nolentes a Magistratu ad cohabitationem adigendi sunt, etiam invitati, Carpzov. *lib. 1. consist. d. 207.* & quidem a Magistratu politico carcere quandoque aliave pœna arbitraria, Id. *d. l. def. 208.* Ita iisdem remediis ad præstationem debiti conjugalis refractarios compellendos esse, nulla superest dubitandi ratio. Quod si tamen nec ista sufficiant, divortium totale admittitur. vid. Richter. *vol. 2. p. 1. consil. 26.* Bardili *disput. de separat. cohabit. §. 29.*

Th. III.

Ob utramque causam, adulterium scilicet & malitiosam desertionem, si reconciliatio locum non inveniat, conceditur divortium. Quamvis autem Canonistæ non nisi divortium parziale agnoscant, ita ut ne quidem propter adulterium vel malitiosam desertionem conjugium quoad vinculum dirimant, sed unice quoad thorum & mensam conjuges separent: eo quod matrimonium sit sacramentum, & unionem Christi cum ecclesia referat; adeoque jure canon. nomine divortii non veniat alia separatio, nisi quoad thorum & mensam; cum jure civili nullum sit, nisi quoad vinculum, vid. Struv. *Exercitat. ff. 30. thes. 41. ibique Analect. Lynckerian.* Moribus tamen nostrarum Ecclesiarum utrumque suo modo

modo receptum est. vid. Carpzovius *Consist.* 189. *seqq.* & *def.* 210. *seqq.* it. 2. qu. cr, 63.

Th. IV.

Divortium totale communiter quidem restringitur ad adulterium & malitiosam desertionem. vid. Hahn. *ad Wes. parat. tit. de divort. num.* 9. & 11. Interim non desunt Doctores, qui justis rationibus asserunt, quod ex auctoritate Magistratus ob alias quoque causas, quæ saltem adulterio vel desertioni similes censi possunt, matrimonium quoad vinculum rescindi possit. vid. L. Baro de Lyncker. *ad Huber. c. 1. & Analect. ad Struv. d. tb.* 41. Linck. *comment. ad Decretal. tit. de divort. §.* 11. Id quod Rennem. *Jurprud. R. G. m. 1. D.* 42. *tb.* 36. *lit. d.* ita determinat: - - Quin & bodie pii Magistratus eo, quo dictum, modo non tantum ex illis ante recensitis, sed etiam ex aliis gravioribus causis, vel aque gravibus pro circumstantiarum suasionem, divortia concedere queant: Connan. 8. *comm.* 12. Dummodo illæ ad furorem, morbum fonticum, vel alias calamitates, in quas alteruter, sine culpa sua, post nuptias consummatas incidit: imo nec ad exilium, si non ex causa divortium permittente sit influctum, regulariter non extendantur. Nisi etiam ob causas huiusmodi domestica conversatio & USUS THORI CONIUGALIS, omnimodo sit præreptus, ut hoc casu sana & juveni, parti, si se aliter continere non possit, aliæ nuptiæ, causa cognita, si infirma de cura & alimentis fuerit prospectum, maxime si fiat cum illius consensu, non sint interdictæ: Beust. *de matrim. c. 11.* Cujusmodi dispensationem præjudicio quodam confirmat Richter. *p. 1. Dec. 8. n. 16.* quanquam Struvius *c. tb.* 41. *in f.* hæc in medio relinquat.

Th. V.

Hoc autem certum esse reor, quod separatio quoad thorum & mensam ex pluribus ac levioribus causis admittatur, vid. omnino Bardili *dissert. de separat. cobabit. von Ehe-Scheidung zu Tisch und Bett.* it. Linck. *dissert. de divort. sect. 5.* Quippe quod ipsa non sit verum divortium, Carpzov. *lib. 2. def. Eccl. 210.* & maritus nihilominus uxori separatæ alimenta præstare obstrictus est, nisi eidem bona illata & ad alimentationem sufficientia restituere malit, vid. Eund. *d. l. def. 213. seq.* & manet usufructuarius, Id. *p. 3. c. 26. d. 18.* Neque illa separatio tollit jus succedenti in portione statutaria, Id. *d. c. 26. d. 15. § 2. Consist. def. 215.*

Th. VI.

Equidem separatio ista plerumque ob nimiam sævitiam in Consistoriis nostris suscipitur, Struv. *Jprud. for. l. 1. t. 9. apb. 5. § Exerc. ff. 30. tb. 43.* quæ tamen quandoque præcaveri potest per cautionem de non offendendo. vid. Carpzov. *2. Consist. d. 218. seqq.* Sed & rixæ ac maledictiones, præsertim iracundæ uxoris, causam separationi a thoro & mensa præbere possunt, Carpz. *d. l. def. 217. j. def. 210. n. 15.* Nec minus odium irreconciliabile & inimicitia capitales, Bardili *disput. de separ. cobab. §. 15.* Richt. *volum. 2. consil. 410. num. 8.* Quid vero si conjux secreta thori propalaverit, wenn sie aus dem Ehe-Bette schwätzen: an & ob hoc separationem quoad thorum & mensam alter petere aut obtinere poterit? Sane cum pudor non patitur secreta thori propalare; Hilliger. *Don. consil. l. 13. cap. 21. a.* ideo non est absque peccato & scandalo

dalo

dalo ejusmodi nugacitas, sed utique inter dissentanea thalami referenda; nisi forte necessitate vel conscientia quis cogatur, tale quid Magistratui vel confessionario revelare. Interim quamvis per se garrulitas ita non videatur sufficiens causa separanti conjuges: prout nuper in casu quodam, ubi mulier ex eadem causa, daß der Mann aus dem Ehe-Bette geblaudert, divortium intendebat, a Consistorio nihilominus cohabitationem cum marito sub graviore pœna eidem injunctam esse memini. Quia vero juxta *c. 5. caus. V. qu. 5. qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum*; & alias inimicitia causam præbet, qui detegit & propalat injuriosa, Decian. *de crim. lib. 3. c. 1. n. 54.* Ideo fieri potest, ut inconsulta hæc propalatio occasionem præbeat inimicitia capitali; quæ cum sufficiens causa sit separationis, hinc eam ipsam per accidens divortium thori & mensæ operari posse, facile apparet.

Th. VII.

Denique restat dirimenda quæstio: Penes quemnam ex conjugibus remanere debeat thalamus, in casu divortii? Distinguendum esse puto inter divortium totale quoad vinculum, & inter separationem quoad thorum & mensam. Quoad illud, si forte ob adulterium vel malitiosam desertionem locum inveniat, ego pro innocente pronunciare non ambigo: ne nocenti ex delicto suo lucrum obveniat. *arg. l. 10. §. 1. ff. sol. matrim. Finckelthuf. obs. 31, n. 1. seqq.* Ideoque si ob adulterium uxoris salvatur matrimonium, maritus tum retinebit; si ob mariti adulterium, uxori relinquendus erit: *arg. l. 24. C.*

G

de

de jur. dot. l. 8. §. 4. C. de repud. l. 38. seq ff. solut. matrim.
 prout de dote similibusve lucris nuptialibus late asserit
 Berlich. p. 4. concl. 26. conf. Bocer. de donat. c. 8. num. 64.
 Rauchbar. p. 1. qu. 47. Neuenhan. de jur. viduit. m. 3.
 sect. 2. p. m. 300. seqq. In separatione vero quoad thorum
 & mensam quia durat matrimonium, Carpz. lib. 2. def.
 eccl. 210. & maritus usum fructum bonorum ab uxore il-
 latorum retinet, id. d. l. def. 214. num. 15. seq. modo ali-
 menta uxori præstet, Id. def. 213. idcirco & thalamum ab
 uxore licet illatum retinebit maritus? nisi loco alimen-
 torum uxori sua illata restituere malit, d. def. 214. Quid
 si vero maritus nocens fuerit & per sævitiam sua cau-
 sam dederit separationi? Hoc quidem casu thalamum
 uxori restituendum esse, videri posset per ea, quæ de do-
 te restituenda tradit Sande. lib. 2. decis. Fris. t. 6. d. 1. Berl.
 2. conc. 36. n. 28. Brunne. de jur. Eccles. l. 2. c. 17. §. 32. Ni-
 hilominus tamen contrarium mihi persuadetur per tra-
 dita Coleri de aliment. lib. 1. c. 10. n. 29. Finckelthuf. Ob-
 servat. 21. §. Carpz. p. 3. Decis. 291. n. 17. seqq.

Sed hæc de thalamo disseruisse, in præsentī sufficiant.
 Deo trinuno, fundatori ac fautori thalami casti, sit laus
 honor, & gloria!

F I N I S.